



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Decretum. XIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

moperè est, ne quod ad ornatum adhibetur, parum conveniat cum illorum sanctitate.

Quare quæcunque indumenta & ornamenta, quovis genere ea sint, quibus illæ exornantur, ejusmodi sint, ut nihil in ipsis inepti, nihil profani, nihil indecori, nihil denique inhonesti, aut quo fidelium mentes oculique offendi possint, conspiciatur, ut etiam Tridentino Concilio sancitum est.

§. 25. dec. de Inuoc. sanct.

Compatres rudes fidei rudimenta rate recitēt.

Decretum. VII.
UT Parochus constet, compatres fidei rudimenta non ignorare, cum eos ita rudes Provinciali Concilio, & Synodali decreto illud munus obire vetitum sit; ne quos aliunde iam certo non scitis fidei initijs instructos esse, ad id officij munerisve prius is adhibeat, quam sibi illi fidei Symbolum, orationem Dominicam, ut veteri Canone iustum est, tum etiam Salutationem Angelicam recitarint; interrogatique de fidei articulis ostenderint, se rerum quas ad salutem necessarias scire vnumquemque fidelem oportet, notitiam habere.

Decretum. VIII.
CAVEAT Parochus, Sacerdosve baptizans, ne ad infantem baptizandum alio christiute utatur, quam eo, quod illo ipso anno consecratum est; nisi periculo mortis instante.

Christina in baptismo.

Decretum. IX.
TABERNACULI, ubi sacratissimum Corpus Domini asseruatur, & armarij item ubi sacra olea statis vasculis inclusa custodiuntur, & fontis item baptismalis clausus Parochus diligenter cauteq; apud se custodiat: ac ne Clerico quidem ministro illas vlllo modo committat.

Claues tabernaculi & sacrorum oleorum a parochis custodiantur.

Decretum. X.
PAROCHVS cum ad frequentissimum Sacramentorum usum Parochiæ suæ fideles cohortet, ut Provinciali tertio Concilio sanciuimus; tum crebris monitis illud quod Siluerius Pontifex Maximus statuit, in consuetudine reuocare studeat, ut qui sæpius non communicant singulis saltem Dominicis diebus in Quadragesima Corpus Domini sumant; ac præterea diebus Dominiçis aduentus.

Parochus fideles ad sacramenta adhortetur. Tit. quæ ad sac. Euch. iulio. pag. 22.

Decretum. XI.
AD ægrotum Parochus ipse, nisi inualetudine, alia ve necessaria causa impeditus sit, Corpus Domini deferat. si vero aliquando in hoc ministerio necesse habet alio Sacerdote uti; ne alio utatur, nisi quem ad confessiones audiendas concessa scriptis facultate Archiepiscopus probauerit, idoneumq; iudicauerit; cum sæpe contingat, ægrotum cui sanctissimum Corpus Domini deferatur, iterum confiteri velle, propterea quod post peractam confessionem aliquid commiserit, vel ante commissum recordatus sit.

Parochi officium in comunione gratiatum.

Decretum. XII.
NE Parochi, Sacerdotesve alij intra Missarum solennia, quidquam quod profanum sit, quodq; ad rerum eiusmodi emanationem attineat, de altari populo pronuncient, aut exulgent.

Nihil profanum de altari enunciatum.

Decretum. XIII.
QVOD Provinciali secundo Concilio iustum est, in Missa conuentuali & parochiali, cum Corpus Domini eleuatur, signum sono campanæ dari: in alijs Missis id ita præstetur, ut tunc paruulum tintinnabulum, aut è latere altaris appensum, aut à sacristia allatum, à clerico ministro certis distinctis ictibus pulsetur.

Tintinnabulum cum corpore Domini eleuatur pulsum. Tit. 2. decre. 6. pag. 66.

Decretum. XIII.
QVO planius casus nobis reseruatos confessorij Sacerdotes perpetuo norint, cum pro temporum varietate eorum reseruatiorem à nobis aliquando mutari expediat; nos præter casus Episcopo canonum iure consuetudineve reseruatos, & præter excommunicationes atq; censuras, quæ vel à iure, vel ab homine existunt, quas hoc decreto nobis perpetuo reseruamus; eos tantum casus declaramus nobis reseruatos, quos singulis annis in Synodo, aut aliter promulgatos reseruauerimus: ita tamen, ut quæ eorum promulgatio proximè facta est, vim habeat quoad altera fiet: & sic itidem perpetuo deinceps.

De casibus reseruat.

A quibus casibus & censuris si quis confessorius Sacerdos cuiusvis ordinis sine facultate scripta à nobis data aliquem absoluerit attentarit, excommunicatione



Dioc. 2. dec. nis poenam Synodo dioecesana prima
 18. §. si qui constitutam ipso facto subeat.
 vero. pag.
 319.

Decretum. XV.

Parochi erga aegrotos & morietos officia.

PAROCHVS, cum ad aegrum qui a parochiali Ecclesia longius abest, grauius ac non sine periculo mortis febrimorbore laborantem sanctissimum Corpus Domini defert; ne ubi ad parochiale domicilium ipse redierit, morte ille prius obeat, quam ad extremae vñtionis Sacramentum eidem ministrandum reuerti possit, vasculum etiam sacrae illius vñtionis secum ferat, illam ei, postquam Corpus Domini praebuerit, ministraturus: si ita pro morbi ingrauescentis ratione, mortisque periculo faciendum censuerit.

Vbi Sacramenta aegro ministrant, dum ille sermonis & sensuum vsu non amittit; eum breuibus, & suauibus, ardentibusque verbis excitare ad desiderium vitae aeternae, & ad spem de diuina misericordia concipiendam, ne opportunè deficiat: tum cum propè moribundus est, in illius animae commendatione, quam maxima potest intima animi pietate, statas religiosas sanctasque preces recitet. Curetque toto eo tempore, vt domestici simul omnes qui adsunt, pro eo Deum pie precentur.

Vbi hoc officium pie accurateque praestiterit, si aeger adhuc viuit, aut animam agit; ne eidem praesens adesse, omniaque salutaria officia praestare omitat.

Si verò adesse aliquando non potest; vel quia alijs grauius aegrotantibus Sacramenta ministrare necesse habet; vel quia necessarijs parochialis curae occupationibus alijs impeditur; tunc ea pietatis officia illi a Sacerdote (si quis alius eo loco est) sollicitè praestari curet.

Ad quod etiam officium sibi hoc subfidium cum opus est, comparet; vt sodalitates sanctissimi Sacramenti, aut doctrinae Christianae homines aliquos, parochiali sua diligentia ad consolationis & spei excitandae officia, aliaque eiusmodi instructos adhibeat.

Hoc etiam Parochus domesticos qui aegroti curam habent, moneat, vt ne post extremae quidem vñtionis Sacramen-

tum, quod ipse ei ministrauerit, corporis curam deserant.

Singulis mensibus vnusquisque Vicarius foraneus a suae regionis parochijs perquirat, qui obierint; ijsque animam agentibus an illis praesentes adfuerint; an curae & pietatis officia omnia eidem moribundis praestiterint; tum vbi opportunè in mortuorum agnatos affinesve inciderit, parochialium Sacerdotum debitum officium ab illis diligentius recognoscat.

Quod si eos negligentiores esse animaduernerit, vbi primum illos vt par est reprehenderit, tum eorum negligentiam culpamve ad nos deferat.

Decretum. XVI.

QVAE a Summis Pontificibus constitutiones, literaue decretales, ad Tridentinorum, quae de matrimonij impedimentis sunt, decretorum declaratione editae sunt; eas cum a caeteris; tum a parochijs praecipuè non ignorari oportet. Cui rei vt occurramus, huic decretorum libro in fine illas typis impressas adiungi censuimus.

Constitutiones ad matrimon. spectantes parochi nouerint.

Decretum. XVII.

QVO studiosus populus curae nostrae commissus in officijs Christianae pietatis instituat, ex diuinaque legis praecipitis institutum vitae genus sequatur; id Parochus praestet, vt aliquando ineunte praesertim Quadragesima, patresfamilias qui in parochiali vicinia parochialibusve finibus sunt omnes ad Ecclesiam parochialem conuocet, hora quam commodam is censuerit.

Quo in patrumfamilias conuentu, tum constitutionem nostram Concilio tertio Prouinciali de patrumfamilias officio familiarumque institutione editum de scripto legat, singulasque eius partes explicet: tum alia praeterea doceat, quae opportuna existinauerit, quibus illi se, familiamque suam in Christianae vitae disciplina conforment.

Parochi officium erga patresfamilias.

Tit. de ijs qui ad matric. sacra. pertln. §. sicut vberimum pag. 103.

Decretum. XVIII.

PRIMO Prouinciali Concilio aliqua de exorcistis constituimus, in quibus ad illius muneris rectè gerendi rationem

Quaedam de exorcistis. Tit. de exorcista. pag. 30